

Per. Jul.	Mandi.	Ante Chr.
4410 24 12 F	3690	294
4411 25 13 ED	3691	293
4412 26 14 C	3692	292
4413 27 15 B	3693	291
4414 28 16 A	3694	290

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Polybius lib. 11, pag. 107. Gallos quartam ab Urbe capta contra Romanos expeditionem suscepisse confirmat, quando cum Samnitibus & Etruscis conspirarunt, & Romanos in agro Clusino ceciderunt. Postea totis in illos legionibus effusi Romani in agro Sentinati magnam eorum partem obruncant. Apud Diodorum in Eclogis Duris Gallorum caesa C. M. refert.

Hoc anno Pyrrhum regnare coepisse, scribit Velleius lib. 1.

Demetrius contra Lacedamonios, & eorum regem Archidamum certat, iisque victis ad obsidionem urbis accingitur. Sed cum Pyrrhum in Macedoniam accitum ab Alexandro venisse nunciatum esset, retrò in Macedoniam perrexit.

Timocharis hoc anno, qui erat Calippicæ periodi primæ xxxvi, Posideonis xxv, hora decima noctis incipiente, Phaophi xvi, sequente xvii, Decembris xxi, feria vi. deprehendit Lunam juxta Scorpii stellam, cum Sol esset in xxvi. gradu Sagittarii; Luna in gradu 1, 15'. Scorpii. Ptol. vii, cap. 111.

L. Postumius Megillus. Archon Olympiodorus.
M. Attilius Regulus.

Attilius, ægrotante Postumio, in Samnium profectus urbibus aliquot potitur. Samnites adveniente Postumio pulsi. Ad Lucrinus fines accipiti exitu pugnam. Tandem victi, & 7300. sub jugum missa. Ædem Statoris Jovis Cos. Attilius vovit. Cui & triumphus negatus, quod & 7000. Romanorum in acie ceciderant. Postumius in Etruria rem feliciter gerit. Volsinio, Perusia, Arretio induciæ in xi. annos datæ. Postumius in vitis Patribus triumphat.

Demetrius Poliorcetes Alexandro Macedonum rege sublato, regnum Macedoniæ vi. annos gerit, xxviii. à Carano. Antipater ad foverum Lyfimachum fugit: à quo interemptus est. Plutar. Demetrio. Justinus xvi.

Stratonice Demetrii filia Seleuco nupsit. Eam cum Antiocho Seleuci filius deperisset, & in morbum incidisset, Erasistrati medici prudentia re comperta, Seleucus eam Antiocho nuptui dat cum imperii parte. Plut. Demetrio.

Censu actò inventa sunt cclxx m. Euseb.

L. Papirius Cursor. L. Papirii quinquies Cos. F. Archon
Sp. Carvilius. Philippus.

Samnites jurisjurandi religione ad pugnam obstrictos fudit Papirius, ac triumphavit. Carvilius quoque de Etruscis triumphum egit. Liv. x.

Demetrius exules omnes Athenas redire permisit. inter quos Dinarchus fuit. Dion. Halic. in ejus vita.

Idem Demetrius Bœotias bellum intulit, Cleonymo Lacedæmonio duce fretis. Sed adveniente Demetrio, Thebis excessit ille. urbs in victoris potestatem venit: cui ægypti præfecit Hieronymum Cardianum historia scriptorem. Plut. Demetrio.

Agathocles in Italiam transfretans è Bruttiorum agro prædas agit. Hipponiatarum urbem obtinet. obsidibus acceptis Syracusas redit. Eo digressò, Bruttii obsides, & urbem recuperant, conciso præsidio. Diod. Eclog. Papirius princeps Romanis Solarium horologium statuit ad ædem Quirini; cum eandem dedicaret à patre suo votam. Plin. vii, cap. ix.

Menander Comicus hoc anno moritur. Vetus Inscip. Romæ Prætor Philippo mortuum dicit, anno ætatis 111. Atqui à Soligene Archonte, quo natus est, anni sunt tantum 1.

Q. Fabius Gurges.
Junius Brutus Scæva.

Fabius malè cum Samnitibus pugnavit. Liv. x.

Lyfimachus à Dromichæte Getarum rege captus, & Agathoclis filii opera liberatus est, cum ea pactione, ut quæ trans Istrum erant, Getis cederent. Lyfandra Ptolemæi Lagidæ, & Eurydices filia Agathocli Lyfimachi filio nupsit. Paus. Att. pag. 8. Interea Demetrius Thraciam invasurus de Lyfimachi reditu, & Thebarum defectione certior factus, victis per Antigonum filium Thebanis, urbem denuo capit: Pyrrho, qui Thefaliam populabatur, expulso. xlii. civibus supplicio affectus, ceteris parciit, & urbi præsidium imponit. Plut. Demet. Eclogæ Diod.

L. Postumius Megillus.
C. Junius Bubulcus.

Æsculapii signum Romam Epidaurò translatum. Epito. Liv. xi.

Cum de Fabio Gurgite ob ignominiosam acceptam cladem amovendo Senatus ageret, Fabius Maximus pater legatum se cum illo iturum professus est. Re impetrata Gurges pro Consule contra Samnites acerrimè pugnavit, & ab hostibus circumventus irruente mediis in hostes pio sene liberatus est. Victi Samnites. caesa xxm, quatuor cum duce Pontio capta. Triumphavit Fabius Gurges, & in Pontium securi animadversum. Epit. Livii xi. Valerius lib. v, cap. vii.

Demetrius, quod Ætoli angustias apud Delphos infedissent, Athenis Pythia celebravit. Bellum Ætolis intulit. qua in expeditione relicto Pantaucho duce fortissimo contra Pyrrhum contendit. Sed ambo à se invicem aberrantes, Demetrius Epirum vastat, Pyrrhus Pantauchum debellat. Ex illo Demetrii sublapfa fortuna. qui paulò post è morbo convalescens, Pyrrhum in Macedoniam erumpentem repressit; cum eoque fœdus iniit. Plut. Demetrio, & Pyrrho.

P. Cornelius Rufinus.
M. Curius Dentatus.

Cos. ambo contra Samnites rem egregiè gesserunt. Manius Curius Samnitibus

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
111	460	455
112	461	456
113	462	457
114	463	458
115	464	459

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Samnitibus caelis, & Sabinis, qui rebellaverant, in deditonem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit. Epit. Liv. xi. Eutropius 11. quitum ait bellum Samniticatum per novem & quadraginta annos gestum ab iis esse sublatum.

Agathocles filium suum Agathoclem ad Demetrium misit, à quo honorificè est exceptus, & veste regia donatus. Cum eo remissus est à Demetrio Oxythemis per legati speciem ad Siciliæ res explorandas. Interim Demetrius de Asia recuperanda consilium agitans, ingentem exercitum apparat: in quo xcviiii. peditem, equitum xliim. fuere. Naves d. fabricavit. Qua re commoti reges iv. Seleucus, Lyfimachus, Ptolemæus, Pyrrhus, communibus cum consiliis oppugnant. Plut. Demetrio, & Pyrrho. Just. xvi.

Seleucus in eas urbes, quas condiderat, Judæo transfert, jus eis civium pari cum Græcis honore permittens. Euseb.

M. Valerius Corvinus.
Q. Cæcilius Noctua.

Agathocles ex Archagatho filio, qui in Africa occisus est à militibus, nepotem habebat Archagathum, filium Agathoclem cum duobus aliis parvulis ex Theoxena Ægyptiaca. Archagathum militaribus copiis præcecerat. sed cum Agathoclem successorem designaret, à Manone suau nepotis veneno sublatus est; cum paulò ante in Italiam contra Bruttios trajecisset; ac filius ejus Agathocles ab Archagatho esset interfectus. Morigens nepotem detestatus est: Syracusanis libertatem restituit: ac semivivus in rogam impositus est ab Oxythemide. Manon occiso Archagatho militare imperium arripuit. Eclogæ Diodori. Justinus xxiiii. Vixit annos lxxii. regnavit xxviii. ut Timaus, Callias, & Antander Agathoclis frater memoria prædiderunt, apud Diodorum in Eclogis. At Jacobus Cappellus anno secundo Olympiadis cxx. mortuum putat Agathoclem: qui est Periodi Julianæ 4415. ut xviiii. dumtaxat annis regnaverit; & ante Cassandrum, adeoque Pyrrhi exordium, mortuus sit. Decennio itaque toto fallitur. Erroris fontem vide anno 11. Olympiadis cxxvi.

Eodem tempore, Ptolemæo, Lyfimacho, atque Pyrrho Demetrii regnum incurstantibus, defectione Macedonum regno pelitur Demetrius: ac privato & lugubri cultu Græciæ civitates adiit. Deficiunt imprimis Athenienses: & cum in vniuersum magistratum adhibuissent 7. curiam legem, eo sublato, Prætorum ordinariarum eligunt. Demetrius redintegratis nonnihil viribus obsidere Athenas instituit. Sed Cratetis Philosophi hortatu profectus est in Asiam. Plut. in Demetrio.

Demetrio pulso Macedonum regnum Pyrrhus obtinuit mensibus vii. Hic ab Atheniensibus arcessitus cum in arce sacrificasset, in digressu monuit, ne quem principem temerè in arcem introducerent. Plut. Pyrrho.

Q. Marcus Tremulus.
P. Cornelius Arvina.

Demetrius undique pulsus Seleuco se tradere cogitur. Plut. Demetrio. Pyrrhus tamquam peregrinus à Macedonibus contemptus regno excidit. Lyfimachus ejus in locum regnat tricesimus à Carano; tenuitque Macedoniam annis vi. Euseb. & Dexippus.

Strato Lamplacenus Theophrasti Scholæ præfuit annis xviii. Diog.

M. Marcellus. Archon Philippus.
Sp. Nautius.

Demetrius à Seleuco captus hoc ferè tempore decessit. Plut. Demetrio.

M. Valerius Maximus.
C. Aelius Petus.

Hic Cos. credit Sigonius secessionem plebis in Janiculum esse factam, propter as alienum. Q. Hortensius Dictator legem tulit, ut quod plebs jusisset, omnes Quirites teneret. Epit. Liv. xi. Plin. lib. xvi. cap. x. Hic in Dictatura mortuus est, quod nemini antè contigerat. Epit.

Serapis Alexandriam translatus est. Euseb. Clem. Alex. Protrept. à Si-nopenfisibus missum adfuit.

C. Claudius.
M. Amilius.

Lyfimachus Agathoclem filium, qui ex Lyfandra Ptolemæi Lagidæ, & Eurydices filia liberos suscepit, veneno sustulit. Hunc enim Arfinoe noverca Lyfandræ soror ad incestum concubitum frustra sollicitatum apud patrem detulit. Lyfandra cum filiis ad Seleucum fugit. Philetarus spado, quem Lyfimachus ætario suo præfecerat, Agathoclis mortem ægre ferens, Pergamum ad Caycum Phrygiæ majoris urbem occupat. ac primum pro Seleuci præfecto se gerit. deinde novi & ipse regni princeps exiit. quod annis xx. tenuit. Strabo xlii. Pausanias Atticis pag. 7, & 9. Excerpta Scal. de Olympiadibus.

Ptolemæus Philadelphus xxi. anni ætatis dicitur, Lagidæ & Berenices filius hoc anno coepit, superstitè adhuc patre. Justinus xvi. regnavit annis xxxviii. Ab hoc anno incipit æra Dionysii Mathematici; de qua lib. iv. cap. xvi.

C. Servilius.
L. Cæcilius.

Sostratus Cnidius Pharum Alexandria construxit. Euseb.

Circa hunc annum Patrenses, Dymæi, & Phærensenses Achæorum Republicæ fundamenta jecerunt, ac democratia, quæ quædam è xlii. urbibus constabat. Polyb. 11. pag. 128. Porro xxv. totis annis Scribam unum, & Prætores duos in orbem elegerunt, pag. 130.

Ptolemæus Lagi filius, cum superstitè adhuc Ptolemæum filium evexisset

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
114	465	460
115	466	461
116	467	462
117	468	463
118	469	464
119	470	465

Per. Jul.	Mandi.	Ante Chr.
4441 17 14 AG	3711	273
4442 18 15 F	3712	272
4443 19 16 E	3713	271
4444 20 17 D	3714	270
4445 21 18 CB	3715	269
4446 22 19 A	3716	268
4447 23 1 G	3717	267
4448 24 2 F	3718	266
4449 25 3 ED	3719	265
4450 26 4 C	3720	264

DE DOCTRINA TEMPORUM,

populari cepit, ac victo Antigono paullatim univerfam occupavit. Plut. in Pyrrho. Jul. xxv.

C. Fabius.
C. Claudius Canina.
Ptolemæus Philadelphus societatem hoc anno cum Romanis per legatos inivit. Eutrop. lib. 11. Egit. Livii.
Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viva defossa est. Egit. xiv. Meminit & Euseb.
Pyrrhus Macedonia potitus majora quadam animo destinare cepit. Interea Cleonymus Spartanus agrè ferens, quod & Arius frater sibi in regni successione prælatu esset, & Chelidonis uxor ab Acrotato Arei F. corrupta, Pyrrhum excivit in Laconicam; qui hanc imperii propagandi anam cupide est amplexus. Plut. in Pyrrho.

Sp. Carvilius 11.
L. Papirius Cursor 11.
Pyrrhus in Laconicam impressione facta, penè urbe ipsa potitus est. Interim Areo rege è Creta redeunte pulvis inde contendit Argos: ubi fortiter pugnans à muliere illius tegula peremptus est. Antigonus, qui contra illum pugnabat, victoria perhumaniter usus est. Plut. in Pyrrho. Jul. xxv. Hæc sub Autumnum accidisse ex Plutarcho colligas.

In Italia Tarentini cum Samnitibus & Bruttis adversus Romanos adscitis Carthaginensium auxiliis pugnantis victi sunt. Ita violatum à Carthaginensibus fœdus est. Arce, urbèque Romanis à Milone tradita, victis Tarentinis pax & libertas data est. Egit. Liv. xv. Ita post annos lxxi. quam ininitum erat, Samnitico bello finis imponitur. Livius libro xxxi.

C. Quintus Claudus. *Archon Pytharatus.*
L. Genucius Clepsina. *Cicero de Fato.*
Hoc anno legio illa, quæ Rhegium occuparat, à Genucio Consule capta. plerisque in obsidione cæsis, reliqui numero trecenti Romam missi, ibique populi iussu virgines cæsi, ac securi percussu sunt. Egit. Liv. xv. Polyb. lib. 1. pag. 7.
Epicurus hoc anno moritur natus annos lxxii. Diog.
C. Genucius Clepsina 11.
C. Cornelius Blasio.
De Saffinatibus in Umbria triumphavit Blasio. Egit. xv. Fasti Capitolini.
Polemo Philosopher obiit; post quem Arcefilas, & Crates insignes habentur. Euseb. Stratone Peripatetico mortuo, succedit Lyco, præfuitque annis xi. Diog.
C. Fabius Max. Piccor.
Q. Gulo.
Legatos ab urbe Apollonia Romam missos Ædiles duo orta contentione pulsaverant. Hos Senatus Apolloniatis dedit. Valer. Max. lib. vi. Egit. xv. Hoc anno primum populus Romanus argento uti cepit. Egit. Euseb. id biennio ante refert.
Picentes bellum commovent. Eutrop. lib. 11.
Hoc anno Hiero Syracusis rex consalutatus est. Polyb. lib. 1. & ad eum Cafanbonus.
P. Sempronius Sophus.
Ap. Claudius.
De Picentibus triumpharunt Coss. Fasti Capitolini. Cum in acie starent exercitus, terræ motus exortus est. Sempronius ædem telluri vovit; suoque, ut superstitione terrores Picentes debellarent, hortatus est. Orofius. Florus.
M. Atilius Regulus.
L. Julius Libo.
Salentinis bellum indicitur: captique sunt cum civitate simul Brundisini. Egit. xv. Eutrop. 11.
D. Junius Pera.
M. Fabius Piccorator.
De Salentinis, & Messapiis triumphatum. Egit. xv.
Q. Fabius Max. Gurges 111.
P. Decius Mus.
Census est habitus, & iustrum xxxv. conditum. Fasti. Censa sunt capita cxcxii. m. & ccxxiv. Eutrop. lib. 11.
Mamertini, qui Messanam occupaverant, ab Hierone, & Carthaginensibus vexati ad Romanos confugiunt. Romani post longam deliberationem opem iis ferendam esse decernunt. Polyb. lib. 1. pag. 9. Egit. xvi. Diod. Eclogæ.
Arius Lacedæmoniorum rex hoc anno moritur, ad quem Onias Judæorum pontifex scripsit. Vide lib. x. cap. lxxxii.
Ap. Claudius Caudex. *Belli Punici.*
M. Fulvius Flaccus. *A. I.*
Hoc anno ceptum est Punicum bellum. Appius in Siciliam trajecit, & Hieronem ita fregit, ut relicta Messana Syracusas se reciperet. Polyb. lib. 1. Gellius lib. xvii. cap. xxi.
Pergami principatum hoc anno tenuit Eumenes post Philetærum annis xxxi. Fuit hic Eumenes Philetæri fratris filius. Nam Philetærus fratres habuit duos, hunc, & Attalum, qui cognomines sibi liberos susceperunt. Strabo xlii.
Zeno Stoicus moritur, cui Cleanthes succedit. Euseb.

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
117	481	476 Oct. 30
Olymp. 127	482	477
111	483	478
111	484	479
117	485	480 Oct. 29
Olymp. 128	486	481
111	487	482
111	488	483
117	489	484 Oct. 28
Olymp. 129	490	485

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul.	Mandi.	Ante Chr.
4451 27 5 B	3721	263
4452 28 6 A	3722	262
4453 29 7 GF	3723	261
4454 30 8 E	3724	260
4455 31 9 D	3725	259
4456 1 10 C	3726	258
4457 2 11 BA	3727	257
4458 3 12 G	3728	256
4459 4 13 F	3729	255
4460 5 14 E	3730	254
4461 6 15 DC	3731	253
4462 7 16 B	3732	252
4463 8 17 A	3733	251

Man. Valerius Maximus. *Belli 2.*
Man. Otacilius.
Ambo Coss. in Siciliam trajiciunt. Pax Hieroni data. Polyb. lib. 1.
L. Postumius Megillus. *Belli 3.*
Q. Mamilius Vindex.
Agrigentum à Coss. captum. Polyb. lib. 1.
Nicomedes Bithyniæ rex Astacum urbem amplificans Nicomediam nuncupavit. Euseb.
Syria 111. rex Antiochus è 9^{to} annis xv. Euseb.
L. Valerius Flaccus. *Belli 4.*
T. Otacilius Crassus.
Hoc primum anno Romani rem nauticam attigerunt, & classem parant. Polyb. 1.
Cn. Cornelius Scipio. *Belli 5.*
C. Duilius nepos.
Duilius Pænos primum classe devicit. Polyb. 1. Egit. xvii.
C. Aquilius Florus. *Belli 6.*
L. Cornelius Scipio.
L. Cornelius in Sardinia contra Sardos, & Corfos, & Annonem Pœnum feliciter pugnavit. Anno ipse cecidit Egit. xvii. Valer. Max. lib. v. cap. 1. ubi refert Annonis corpus à Cof. honorifice sepultum. Hamilcari in Sicilia fortiter restitit Aquilius. Zonaras.
A. Atilius Calatinus. *Belli 7.*
C. Sulpicius Paterculus.
Calatinus in Siciliam profectus oppida quedam expugnavit. Cùm Atilius Cof. iniquum in locum duxisset exercitum, M. Calpurnii Trib. mil. virtute & opera evasit. qui cum ccc. militibus eruptione facta servavit exercitum. Egit. xvii.
Cn. Cornelius Blasio. *Belli 8.*
C. Atilius Serranus.
Primus hic Atilius Serrani cognomen obtinuit. quod qui ad eum à Senatu missi erant ad imperium populi Rom. suscipiendum semen manu sua argentem viderunt. Cicero pro Roscio Amer. Valer. Max. lib. iv.
Atilius prælio navali primam victus, inde victor fuit. Polyb. lib. 1.
Annibal Pœnorum dux victa classe, à militibus suis in crucem actus est. Egit. xvii.
M. Atilius Regulus. *Belli 9.*
L. Manlius Vulso.
Romani classe navium cccxxx. instructa; Pœni ccc. illi in Africam trajicere parant: isti prohibere aditu. Pugna commissa vincunt Romani. Atilius in Africam trajicit cum xl. navibus, & xv. peditem, equitibusque v. Pluribus captis oppidis iniquas pacis condiciones Carthaginensibus edidit. Polyb. 1. Eutropius addit lib. 11. Manlio Romam reverso cum xxviii. captivorum, mansisse Atilium in Africa, Afrubales duos, & Amilcarem vicisse, serpentem miræ magnitudinis ad Bagradam vicisse.
Antigonus Gonatas Atheniensibus libertatem restituit. Euseb.
Sr. Fulvius Nobilior. *Belli 10.*
M. Æmilius Paulus.
Xanthippus Lacedæmonius à Pœnis arcessitus Atilium cepit. xv. capta. xxxm. caesa. Eutrop. 11.
Coss. audita clade Atilii in Africam navigare iussu Pœnos navali prælio superant. Sed victores cum præda reversi naufragio cccx. naves amittunt, lxxx. dumtaxat elapsis. Orof. Polyb. 1. pag. 37. Hoc anno primum Achæi pro duobus, unicuique Prætozem eligere ceperunt. Primus fuit Marcus Carynenfis, qui 1v. annis eo magistratu functus est. Polyb. 11. pag. 130. Prætores eligi solebant circa Pleiadum ortum. hoc est vere. ab Ætolis verò post æquinoctium autumnale. Polyb. pag. 4. pag. 365.
Cn. Cornelius Scipio Asina 11. *Belli 11.*
A. Atilius Calatinus 11.
CCXX. navium classe resecta, Romani Coss. ambos in Siciliam mittunt, qui collectis naufragii reliquiis, & classe ccc. navium effecta, Panormum obsidione ceperunt. Polyb. lib. 1. pag. 39.
Secunda periodus Calippica hoc anno cepta.
Cn. Servilius Cæpio. *Belli 12.*
C. Sempronius Blasus.
Alterum Romanis naufragium accidit, quo cl. naves amisse. Polyb. 1. Judæorum Pontifex post Eleazarum, Manasses fuit. Eusebius.
C. Aurelius Cotta. *Belli 13.*
P. Servilius Geminus.
Iustrum conditum xxxvii. à Censoribus Man. Valerio Maximo, P. Sempronio Sopho. Censa sunt ccxxviii. decxcviii. Egit. xviii.
Pœni, Romanis cedentibus, mari potiti. Polyb. 1.
L. Cæcilius Metellus. *Belli 14.*
C. Furius Pacilus.
Metellus Aldrubalem fummo prælio superavit, fugatis elephantis, quorum xxvi. cæsi, civ. capti, & per Italiam ducti. Aldrubal abfens capite damnatus. Eutrop. 11. Orofius. Ita belluas, quas antea formidabant, contemnerent ceperunt.
Aratus Sicyoniis tum annorum erat xx. quando patriam suam Reip. Achæorum adjungit, & fit Prætor. Polyb. lib. 11. pag. 130.

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
117	491	486
111	492	487
117	493	488 Oct. 27
Olymp. 130	494	489
111	495	490
111	496	491
117	497	492 Oct. 26
Olymp. 131	498	493
111	499	494
111	500	495
117	501	496 Oct. 25
Olymp. 132	502	497
111	503	498

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Ante Chr. containing dates and markers like G, FE, D, C, AG, F, E, D, CB.

C. Atilius Regulus 11. Belli 15. Polybius 14. numerat, L. Manlius Vulso. pag. 43. Romani classem reparant etc. navium, Lilybaeum obsident. Sed Annibale ex Africa superveniente, male affecti sunt. Polyb. lib. 1. Hoc anno Parthos, Arface duce, a Macedonum imperio recessisse testis est Justinus lib. xli. Cujus impunitatem dedit illis duorum fratrum regum, Selenci, & Antiochi discordia. Eodem tempore Theodotus mille urbium Baetrianorum praefectus defecit, regemque se appellari iussit. quod exemplum secuti totius orientis populi a Macedonibus defecerunt. Hae ille. Eusebius quoque de tempore consentit. P. Claudius Pulcher. Belli 16. L. Junius Pullus. P. Claudius cum Adherbale congressus naves xciiii. amisit, quae ab hoste captae. Ideo postea condemnatus est. Junius refecta classe ad eos juvandos, qui Lilybaeum obsidebant, mittitur. Lilybetana classis a Pœnis incensa. Junius omni classe amisit Lilybaeum, inde Romam contendit. Polyb. 1. Causam ejus calamitatis sprete religioni imputant Eutrop. 11. & Valer. Max. viii. quod pullos non pascentes mergi in mare iusserit. Suet. in Tiberio. Aratus ut exulibus bona sua reposcentibus satisfaceret, ad Ptolemaeum Philadelphum adire statuit: quo aegre admodum pervenit, & et. talenta ab eodem impetravit. Plut. Arato. P. Servilius Geminus. Belli 17. C. Aurelius Cotta. Romani rursus maris imperio cessere. Ideo Punica classis oram infestavit. Polyb. 1. Eutrop. 11. Ptolemaeus Philadelphus, & Antiochus rex pacem inter se nuptiarum foedere faciunt. Rejeda Laodice, Antiochus Berenicem Philadelphi filiam duxit. Hieron. in Dan. xi. L. Caecilius Metellus. Belli 18. M. Fabius Buteo. Hannibal hoc fere anno nascitur. Vide annum 4478. Lustrum a Censoribus A. Atilio Calatino, A. Manlio Torquato conditum xxxvi. Fasti Capit. Censa sunt ccl. m. cxxxii. Hoc anno Antiocho successit Seleucus Callinicus, annis xx. In Aegypto regnare cepit Ptolemaeus Evergetes annos xxvi. Sed prior quam Antiochus obiit Philadelphus, quo mortuo Antiochus Berenicem expulit. Laodicem revocavit. quae veneno illum sustulit: Berenicem, ejusque filium interemit. Hieron. M. Fabius Licinus. Belli 19. M. Otacilius Crassus. Appii Cæci filia in turba populi iactata dixit; Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret! Ideoque ab Aedilibus mulctata est. Gell. lib. x. cap. vi. Judæorum Pontifex Onias Simonis Justi F. consueta Ptolemæo tributa non reddens, cum offendit. Sed Josephus vir nobilis, & fororis illius regis filium placavit. Joseph. lib. xii. cap. iv. Euseb. M. Fabius Buteo. Belli 20. C. Atilius Bulbus. A. Manlius Torquatus. Belli 21. C. Sempronius Blaesus 11. Brundisium colonia deducta. Velleius 1. C. Fundanius Fimulus. Belli 22. C. Sulpitius Gallus. Aratus Praetor Achæorum Acrocorinthum, expulso Antigoni praesidio, astu occupat. Polyb. 11. pag. 130. Plut. Arato. Aetoli a Macedonum societate ad Achæos transeunt. Polyb. C. Lutatius Catulus. Belli 23. A. Postumius Albinus. Romani classe reparata C. Lutatium Cos. contra Pœnos mittunt. Victi navali praelio Pœni: naves eorum l. submersæ, captæ lxx. Polyb. lib. 1. pag. 60. Numerum auget Orofius. Parta hæc victoria ad Aegaten insulam Africa. Eumeni successit Attalus Pergami rex annis xl. Livius lib. xxxiii. Strabo xlii. qui primum illum Pergami regem appellatum refert, Gallis devictis. Macedonum ab Alexandro xlii. regnavit Demetrius Antigoni F. annos x. Q. Lutatius Cerco. Belli 24. A. Manlius Torquatus 11. His Coss. pax Carthaginiensibus data, his legibus, ut Pœni insulis omnibus cederent, quæ inter Italiam & Africam intercedunt, 11. m. c. talenta penderent in annos xx. &c. Polyb. 1. Ortum est in Africa bellum Libycum, mercenariis militibus, qui dimissi erant, stipendia sua, & militiæ præmia reposcentibus. Polyb. lib. 1. Lacydes Philoſophus obiit cum xxvi. annis Scholæ præfuiſſet, auctor Academiæ novæ. Diog.

Table with columns: Olymp., Urbis cond., Era Nab. containing dates and markers like 111, 504, 499, 133, 506, 501, 11, 507, 504, 111, 508, 503, 11, 509, 504, 503, 134, 510, 505, 11, 511, 506, 111, 512, 507, 11, 513, 508, 502, 11, 513, 508, 502.

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Ante Chr. containing dates and markers like 4478, 12, 9, 4475, 13, 10, 4476, 14, 11, 4477, 15, 12, 4478, 16, 13, 4479, 17, 14, 4480, 18, 15, 4481, 19, 16, 4482, 20, 17, 4483, 21, 18, 4484, 22, 19, 4485, 23, 20, 4486, 24, 21, 4487, 25, 22.

C. Claudius Centho. M. Sempronius Tuditanus. His Coss. Livius poeta primus fabulam docuit. Cicero de Senect. C. Manilius Turpinus. Q. Valerius Falto. His Coss. natum Ennium postam Varro prodidit. Gellius libro xvii. cap. xxi. Ti. Sempronius Gracchus. P. Valerius Falto. Bellum Carthaginiensium contra mercenarios terminatur a Pœnis post annos 111. & menses iv. Polyb. 1. pag. 88. Eodem tempore Romani ab iis mercenariis, qui Africa pulsi erant, invitati, in Sardiniam navigare institunt. Pœnis vindicare paratis, Romani bellum in eos decernunt. At illi imparati tempore cedunt, Sardinia omiſſa. Sed hæc anno post tertio gesta. Polyb. L. Cornelius Lentulus. Q. Fulvius Flaccus. Tumulus Gallicus anno ferè xiv. postquam pax Gallis concessa. Sed accitis Transalpinis, ipsi inter se pugnarunt. Polyb. lib. 11. pag. 109. Cum Liguribus bellari ceptum. Eutrop. 11. Amilcar hoc anno missus est in Hispaniam, compositis in Africa rebus: secumque Annibalem 11. annos natum duxit. Polyb. initio lib. 11. C. Licinius Varus. P. Cornelius Lentulus. T. Manlius Torquatus. C. Atilius Bulbus. Bellum cum Sardinia initum, instigantibus Carthaginiensibus. Sed legatio Carthag. venit, & pacem impetravit. Postea bellis ubique pacatis templum Jani clausum est primum post Numæ tempora. Plutarch. Numa. Eutrop. 11. Polyb. lib. 1. in fine. L. Postumius Albinus. Sp. Carvilius Maximus. Carvilius de Sardinia triumphavit. Fasti Capitol. eodemque anno C. Nævius fabulas apud populum dedit. Gell. xvii. cap. xxi. Q. Fabius Maximus Verrucosus. M. Pomponius Matro. Ligures a Fabio victi. De Sardinia quoque triumphavit Pomponius. Fasti. M. Aemilius Lepidus. M. Publius Malleolus. Bellum Gallicum recrudescit. Polyb. lib. 11. pag. 109. Demetrius Macedoniæ rex moritur, relicto filio impubere Philippo. Huic tutor datus est patruelis Antigonus d. d. a magnificis promissis dicitur, qui tutoris nomine annis xii. regnum administravit. Dexippus, & Euseb. Flaminius legem agrariam tulit de agro Piceno Gallia Cisalpina dividendo. quæ res Gallos concitavit. Polyb. 11. pag. 109. C. Papirius Mafso. M. Pomponius Matro. Sp. Carvilius hoc anno primus Romæ uxorem repudiavit. Halic. lib. 11. Sardi, & Corfi subacti. Papirius in monte Albano primus de Coris triumphavit, cum a Senatu triumphum non impetrasset. Valer. Max. lib. 111. Epit. xx. Agroni regi Illyriorum succedit uxor Teuta. Polyb. 11. pag. 93. M. Aemilius Barbula. M. Junius Pera. Teuta Illyriorum regina suos piraticam facere permittit. Romani Italorum querelis permoti, Caium, & Lucium Coruncanos questum ad eam miserunt. e quibus qui liberius locutus erat, Lucium occidit curavit. Ea res ad Illyricum bellum Romanos excitavit. Polyb. 11. pag. 98. Statuæ legatis positæ. Plin. xxxiv. cap. vi. L. Postumius Albinus. Cn. Fulvius Centumalus. Bellum contra Illyrios terra marique susceptum. Corcyrenses nuper a Teuta domiti, eorumque præfectus Demetrius Pharius dedunt sese Romanis. Multa in Illyrico oppida capta. Polyb. 11. Q. Fabius Maximus 11. Sp. Carvilius Maximus 11. Teuta vere appetente pacem impetrat a Romanis, interposita tributi pactione. Tum legati victoriæ nunci per Græciam missi. Corinthii Romanos in societatem Isthmiorum vocarunt. Polyb. lib. 11. pag. 100. Prima Romanorum ad Achæos & Aetolos. altera ad Athenienses, & Corinthios legatio. Polyb. ibid. Amilcar in Hispania occiditur. Huic substitutus Afrubal octo annis solidis provinciæ præfuit. Polyb. lib. 11. initio, & pag. 123. Diod. Eclog. lib. xxv. P. Valerius Flaccus. M. Atilius Regulus. Hoc anno Pratores additi duo, ut essent iv. & in Siciliam, & Sardiniam novas provincias proficiscerentur. Epit. xx. Pomp. de Orig. juris. Pars II. X x Aetoli

Table with columns: Olymp., Urbis cond., Era Nab. containing dates and markers like 133, 514, 509, 11, 515, 510, 111, 516, 511, 11, 517, 512, 136, 518, 513, 11, 519, 514, 111, 520, 515, 11, 521, 516, 517, 137, 522, 517, 11, 523, 518, 111, 524, 519, 11, 525, 520, 138, 526, 521, 11, 527, 522.

Table with columns: Per. Jul. * O, Mundi., Ante Chr., and numerical values (e.g., 4488, 3758, 226).

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Ætoli cum Antigono Macedonum rege, & Cleomene Lacedæmoniorum contra Achæos conspirant. Polyb. lib. 11. Syria quintus rex Seleucus 111. Callinici F. Ceraunus, qui & Pogon Polyb. lib. 11. Regnavit annos 111. L. Apollonius Fullo. M. Valerius Messalla. Romani in apparatus belli Gallici totis viribus incumbunt, & undique copias conscribunt. Polyb. 11. pag. 110. Hiero ad hoc bellum frumentum Romanis submisit: cujus pretium confecto bello recepit. Diod. Eclogis lib. xxv. C. Atilius Regulus. L. Æmilius Papus. Galli ob legem agrariam Flamini Trib. Pleb. de agro Piceno, Gallis Senonibus crepto tumultum concitant, Infubres scilicet, & Boii, qui Transalpinos Gallos Cæfatas, id est mercenarios, Rhodani accolæ accessunt, cum eorum regibus Concolitano, & Aneroesto. Veneti, & Cenomani illos sequi noluerunt. Romani militaris ætatis peditum dcc. m. equitum lxx. m. conscripserunt. Cæsa sunt Gallorum xl. m. capta x. m. Atilius in prælio, & rex Concolitanus occiderunt. Aneroestus semetipsum interimit. Polyb. 11. Eutrop. 11. T. Manlius Torquatus. Q. Fulvius Flaccus 11. Coss. in Galliam profecti Boios expugnant, & Infubres. ac tum primum Romani trans Padum copias duxerunt. Polyb. 11. Orosius. Sextus Syriae rex Antiochus M. regnat annos xxxvi. lib. x. cap. xxvi. Aratus à Cleomene bello petitur, inferiorémque se sentiens Achæis auctor est, ut Antigonom sibi conciliet. quod & factum, Acrocorintho illi tradita. Cleomenes Lacedæmonem se recipit. Plutarchus in Cleomene. Caria & Rhodus magno terræ motu concussa; adeo ut ingens colossus rueret. Euseb. Oros. iv. cap. xxii. C. Flaminius. P. Furius Philus. Victi à Cos. Galli. Polyb. 11. Plutarch. in Marcello. Inter Macedonas, Achæos, Epirotas, Phocenses, Bæotos, Arcadas, & Thessalos inita societas: cujus Antigonus dux factus est. Polyb. 11. M. Claudius Marcellus. Cn. Cornelius Scipio. Infubres domiti. Viridomarus Gessatarum rex à Marcello occisus. captum Mediolanum. Marcellus opima de rege spolia retulit. Polyb. 11. Facti Capit. Oros. iv. Cleomenicum bellum eodem tempore desitum, victo ab Antigono Cleomene, qui in Ægyptum fugit. Polyb. & Plut. in Cleom. Antigonus Lacedæmonem potitus est. P. Cornelius Scipio Africus. M. Minucius Rufus. Iltri prædones Romanarum navium perdomiti. Epit. xx. Oros. iv. cap. xlii. Concitaverat hos Demetrius Pharius, qui jam ad Macedonum reges coperat respicere. Polyb. 111. Quartus Ægyptiorum rex Ptolemæus Philopator annis xvii. Antigonus Macedonum rex peracto Nemeorum ludico in Macedoniam reversus victis Illyriis moritur. Polyb. 11. pag. 155. Macedonum rex post Alexandrum m. xv. regnat Philippus Antigoni Gonatæ nepos annis xlii. Ita tres reges, Seleucus, Ptolemæus, & Antigonus circa hanc Olympiadem mortui. Polyb. ibid. L. Veturius Philo. C. Lutatius. Lustrum conditum est, & censa civium cclxxx. m. cexlii. Libertini in iv. tribus redacti, cum antè dispersi fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburbanam, Collinam. Epit. Afrubal cum annis octo solidis Hispaniam rexisset, & Carthaginiensium imperium, non tam armis, quam comitate plurimum amplificasset, à Gallo quodam occiditur. Succedit Hannibal. Polyb. lib. 11. pag. 123. Diod. Eclogis lib. xxv. Simul atque dux factus est Hannibal, Olcadum gentem aggreditur, & Althæam urbem opulentam imprimis expugnat. inde Carthaginem novam ad hiberna se recepit. Polyb. lib. 111. pag. 168. M. Livius Salinator. C. Æmilius Paulus. Rebellantés Illyrios ac Demetrium Pharium eorum regem domuit Æmilius Consul. Demetrius ad Philippum Macedonum regem confugit. Polyb. lib. 111. Liv. lib. xxii. Hannibal in Vaccaos expeditione facta Salmanticam expugnat. ac totam intra flumen Iberum Hispaniam sibi subjicit. Polyb. 11. Saguntini per legatos certiores de omnibus Romanos faciunt. Ibidem. Prusias Gallos Hellepontiorum infestantes cadit. Polyb. 1v. Primus Romam medicus venit è Peloponneso Archagathus Lyfaniæ F. Plin. lib. xxix. cap. 1. Annibal Saguntum urbem Romanorum sociam tota vi adortus post septem menses capit. Saguntini omnes partim ab hoste, partim suaapte manu perierunt. Polyb. 1v. Liv. lib. xxx.

Romani

Table with columns: Olymp., Urbis cond., and numerical values (e.g., 111, 528, 523).

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Romani legatos, qui Hannibalem deponerent Carthaginem mittunt. Ii re infecta redierunt. Polyb. lib. 111, & 1v, pag. 330. Bellum Sociale Philippo rege Macedonum duce ab Achæis contra Ætolos geritur. Polyb. 1v, 322. Sed postea Dardanis incurfantibus redit in Macedoniam. pag. 330. Achæus regiones Asiae cis Taurum occupat, & novum regnum condidit. Ariarathes Cappadociae rex inicit. Cleomene in Ægypto mortuo, Agefipolis & Lycurgus Lacedæmonem regnant. Polyb. lib. 1v, pag. 271, & 304. Byzantii, quod Gallis tributa persolvere cogentur, portoria quædam imposuerunt. Inde bellum adversus ipsos à Rhodiis susceptum. quibus se Prusias Bithynia rex adjunxit. Polyb. 1v, pag. 306. Etoli Prætorum Dorimachum creant. qui in Epirum copias duxit, & Dodonæum templum everit. Defectio Lunæ, cujus meminit Polyb. lib. 1v, pag. 420. Contigit autem Martii xx, feria 7, hora 2, 5/6, à media nocte, in Mysia. P. Cornelius Scipio. Belli Punici 11. Ti. Sempronius Longus. Annus 1. Scipio in Hispaniam, Sempronius in Africam missi. Placentiam, & Cremonam deductæ colonie. Hannibal superatis Alpibus in Italiam venit. Hæbat in exercitu peditum xc. m. equitum xii. m. Pol. 111, p. 189. P. Cornelium ad Ticinum, Sempronium ad Trebiam fudit. Polyb. Liv. xxi. Philippus bellum Sociale persequitur. Antiochus, & Ptolemæus Philopator de Cælesyria bellum inter se gerunt. Polyb. lib. 1v. Lunæ defectio altera Sept. 1, hora 6, 3/4, à meridie. Vide lib. viii. Cn. Servilius Geminus. Belli 2. C. Flaminius 11. Clades ad Thraflumenum lacum accepta, Flamini ducis temeritate: qui & occisus est. Tum 1v. m. equitum cum C. Centenio pro Prætoris missa ad Flamini à Servilio, circumventa sunt ab Annibale. Qui deinde in Apuliam profectus est. Contra hunc creatus Prodictator 11. Q. Fabius Maximus à populo; quod nunquam antea factum; cum Equitum magistro M. Minucio Rufo. Fabius cunctatione sua Romanam rem erexit. Liv. xxi, Polyb. 111. Cn. Scipio cum Hannone in Hispania bene rem gerit. P. deinde Scipio prorogato post Consulatum imperio eodem contendit. Romani legatos ad Philippum regem Macedoniam miserant, qui Demetrium Pharium reposerent. Livius & Polyb. ibid. Philippus Nemaorum spectaculis intentus de clade ad Thraflumenum nuncium accepit. Pol. v, pag. 439. Antiochus ad Raphiam insigni prælio à Ptolemæo Philopatore victus Inducie inter ipsos annuæ factæ. Ibid. pag. 425, & 428. Inde Hierosolymam veniens, cum in adyta vellet irrupere, mirabiliter coercetur. Mac. 1. 111. Bellum Sociale, sive Ætolicum à Philippo Macedoniam rege terminatum, pag. 442. Sol in Sardinia minui visus, ait Liv. lib. xxii. Nam defecit Sol Febr. xi, hora 3. post meridiem. L. Æmilius Paulus 11. Belli 3. C. Terentius Varro. Annibal Romanos ad Canas magno prælio superat. Cæsa sunt xl. m. P. Scipioni Trib. mil. adolefcenti ab iis, qui Canusium profugerant, mandato imperio, ille stricte gladio effecit, ut omnes jurarent se Italiam non relicuros. Polyb. 111. Liv. 11. Antiochus M. Taurum superans, facta cum Attalo societate, Achæum bello est aggressus. Polyb. v, pag. 444. Philippus receptis urbibus, quæ absente ipso captæ erant, ac rebus in Illyrico compositis, in Italiam trajicere conatus est. Sed vano metu revocatur in Græciam. Ibidem. Romani captos Cannensium pugna redimere nolunt. Plerique Italiam populi certatim Annibali se tradunt. Philopator Judæos, qui in Ægypto erant, ad ejurandam religionem cogere volens, divinitus deterretur. Lib. 111. Mac. L. Postumius Albinus 111, & eo mortuo. Belli 4. Q. Fabius Maximus 11. Ti. Sempronius Gracchus. Philippus Maced. rex fœdus inicit cum Hannibale. Legati Macedones à Romanis capti, & in vincula conjecti. Coss. rem Romanam sustentant. Hierone rege mortuo, succedit ejus nepos, qui regnum pessulndedit. Polyb. 111, pag. 158, & viii, pag. 502. Livius lib. xxii. Achæus Sardes se recipit, & ibi obsidetur. Pol. viii, p. 506. M. Claudius Marcellus 111. Belli 5. Q. Fabius Maximus 1v. Tib. Gracchus pro Cos. ad Beneventum cum Annone prosperè pugnat, armatis servitiis. Cassinum à Fabio receptum. Marcellus in Sicilia profectus Syracusas obsidet. Sed ne caperet, unus Archimedes obstitit. M. Valerius Lavinius Prætor contra Philippum pro Apolloniatis bellum gerit. Philippus incensa classe in Macedoniam se recipit. In Hispaniis quoque à Cn. Scipione res egregie gesta. Polyb. in Fragm. lib. viii, & viii, Liv. xxiv. Antiochus Sardes capit. Polyb. lib. viii, pag. 506. Philippus in Peloponnesum venit, turbantibus Messeniis. Aratum veneno tollit. Pol. viii, pag. 518. Plut. in Arato. Pars 11. Xx 2 Q. Fabius

Table with columns: Olymp., Urbis cond., and numerical values (e.g., 111, 536, 531).

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
4501 21 17 CB	3771	213
4502 22 18 A	3772	212
4503 23 19 G	3773	211
4504 24 1 F	3774	210
4505 25 2 ED	3775	209
4506 26 3 C	3776	208
4507 27 4 B	3777	207
4508 28 5 A	3778	206
4509 1 6 GF	3779	205

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Q. Fabius Maximus Q. F. Belli 6.
Ti. Sempronius Gracchus 11.
 Arpi à Fabio Cof. recepti. Liv. xxiv.
 Philippus in Illyrico Lissum occupat. Polyb. viii. pag. 519.
Q. Fulvius Flaccus 111.
Ap. Claudius Pulcher. Belli 7.
 Annibal Tarentum, præter arcem, capit. Ludi Apollinares ex Martii
 yatis carminibus instituti. eorum curatio Prætor. Urbano mandata. Syracu-
 sæ à Marcello tertio anno captæ. Capua obfessa à Coss. In Hispania am-
 bo Scipiones cum exercitu cæsi, qui se Afrubali, ne in Italiam tenderet,
 hæcenus opposuerant. L. Marcius eques Romanus contractis copiis bina
 hostium castra expugnavit, cæsis xxxvii. M. Livius xxv. Polyb. viii. ix.
 & x.
 Gracchus Procos. fraude hospitis interfectus est. Liv. ibid.
 Valerius Lavinus Prætor cum Ætolis societatem facit: deinde cum
 Attalo rege. Cum igitur omnes isti conjunctis viribus Græciam infesta-
 rent; Achæi, alique Græciæ populi à Philippo auxilium petunt. Inde
 ceptum est Philippicum bellum 1. Polyb. x. Liv. xxv. Just. xxix.
Cn. Fulvius Centumalus. Belli 8.
P. Sulpicius Galba.
 Annibal spe Tarentinæ arcis capiendæ, ac deinde Capuanæ obsidionis
 solvendæ frustratus, Romam contendit. Sed tempestate prohibitus est.
 Inde in Lucanos, ac Rhegium pervenit. Capua Romanis tradita: cujus
 principes veneno sibi necem conciscunt. Senatores securi percussit. Capua
 in Præfecturam redacta. P. Scipio xxiv. annos natus Procos. in Hispaniam
 missus est. Liv. xxvi. Polyb. x.
 Antiochus M. victo Philopatore Judæam sibi sociat. Euseb.
M. Claudius Marcellus iv. Belli 9.
M. Valerius Lavinus.
 P. Scipio Carthaginem novam uno die expugnavit. Marcellus cum An-
 nibale prosperè pugnat. Cn. Fulvius Procos. in Apulia cum exercitu cæ-
 sus est. Cæso exercitu, ipse postea Romæ damnatus est. Liv. xxvi. & xxvii.
 Agrigentum à Lavino Cof. occupatur. Polyb. lib. ix. pag. 559.
Q. Fabius Maximus v. Belli 10.
Q. Fulvius Flaccus iv.
 Marcellus cum Annibale prosperè pugnat. Fabius Tarentum recipit.
 P. Scipio cum Afrubale secundo eventu præliatur. Liv. xxvii.
 Lustrum conditum. censa civium capita cxxvii. M. cvii. M. Cornelio
 Cethego, & P. Sempronio Tuditano Censor.
M. Marcellus v. Belli 11.
T. Quintius Crispinus.
 Marcellus Cof. Annibalis infidiis occiditur. alter Cof. vulneratur. Ludi
 Apollinares in statum diem voti sunt a. d. 111. Nonas Quintiles. Hispani-
 aze reguli Scipioni se adjungunt. Idem Afrubalem sulum ex Hispania
 fugere coegit. Liv. xxviii. Polyb. x.
 Contra Philippum Ætolis opem ferunt rex Attalus, & Sulpitius Prætor.
 Achæi cum Ætolis prope Messenem prosperè pugnant: ubi Philopæmenis
 virtus enituit. Liv. ibid. & Polyb.
C. Claudius Nero. Belli 12.
M. Livius Salinator.
 Afrubal Annibalis frater ingentibus copiis in Italiam irrupit. Huic
 Livius in Gallia erat oppositus: Annibali Claudius. Interceptis Afruba-
 lis litteris, Claudius, ne se ille fratri conjungeret, nescio Annibale, sex
 dierum spatio totam Italiam emensus, & castra Salinatoris ingressus Af-
 rubalem cum toto exercitu delevit: atque antè ad stativa sua rediit,
 quam cum discessisse Annibal sentiret. Annibal dolore percussus in Brutios
 se recepit. In Hispania P. Scipio Magonem fugavit, Annonem vivum
 cepit. Lavinus Carthaginensem agrum populatus classem insuper illorum
 devicit. Liv. xxviii. & xxviiii.
L. Veturius Philo. Belli 13.
Q. Cæcilius Metellus.
 P. Scipio Afrubalem Gisgonis F. & Magonem vincit: ac pulsus Hispa-
 nia tota Carthaginensibus, in Africam profectus amicitiam cum Syphace
 junxit Massylorum rege: deinde cum Massanissa Masafulorum rege. Ro-
 man deinde reversus intulit in ararium xiv. m. pondo argenti, & signati
 argenti magnum numerum: triumphum quia sine magistratu rem gesserat,
 non obtinuit. Liv. xxviii. Polyb. xi.
 Philopæmen Achæorum Prætor Machanidam Lacedæmoniorum tyran-
 num ad Mantineam vincit. Machanidæ succedit Nabis. Polyb. ibid. &
 lib. xiiii.
P. Cornelius Scipio. Belli 14.
P. Licinius Crassus Pont. Max.
 Scipio in Africam trajecturus, in Sicilia quæ ad bellum erant necessaria
 comparat. Locros urbem recepit. Pleminium in ea legatum reliquit, qui
 crudelissimè se gessit. Bellum ab Indibili, & Mandonio excitatum in His-
 pania oppressum. Mago in Italiam trajectit.
 Legati ad Attalum regem missi, qui Idææ matris simulacrum Romam
 adveherent. Liv. xxviiii. & xxix. Polyb. xii.
 Nemea hoc anno celebrata. Plut. in Philopæm.

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	544	546
Olymp. 142	544	537
11	543	538
111	544	539
11	545	540
Olymp. 143	546	541
111	548	543
11	549	544

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.
4510 2 7 E	3780	204
4511 3 8 D	3781	203
4512 4 9 C	3782	202
4513 5 10 BA	3783	201
4514 6 11 G	3784	200
4515 7 12 F	3785	199
4516 8 13 E	3786	198

P. Sempronius Tuditanus. Belli 15.
M. Cornelius Cethegus.
 Mater Idæa Romam invecita. Exceptit eam P. Scipio Nasica vir optimus
 à Senatu judicatus, adolescens nondum quaestorius. Ludi Megalenses in-
 stituti prid. Id. April. Pleminius, Locris de eo Roma quaestis, compre-
 hensus, & vincus est. Legati in Siciliam ad exploranda quæ de Scipionis
 luxu nunciabantur missi, qui deinde jussu Senatûs in Africam navigat. Si-
 phax, Afrubalis filia ducta; ad Pœnos à Romanis defecit. Scipio Uti-
 cam obfedit; Syphace, & Afrubale cum cm. armatorum supervenientibus
 ab incepto desinit. Sempronius prosperè contra Annibalem pugnat. Inter
 Censores M. Livium, & C. Claudium nobiles inimicitia fuerunt: sic ut
 alter alteri equum ademerit. Liv. xxxix.
 Ptolemæus Philopator hoc anno deceffit.
 Huic Ptolemæus Epiphanes succedit quadrimus, ut scribit Hieron. in
 cap. xi. Dan.
Cn. Servilius Cæpio. Belli 16.
C. Servilius Geminus.
 Scipio Afrubalis, & Syphacis castra eadem die delevit. cæsa xliiii. capta
 vii. Rursus exercitum reparantes altero prælio cecidit; oppida pleraque in
 potestatem redegit. Annibal à Pœnis in Africam revocatur. Lælius cum
 Massanissa in Numidiam profectus Syphacem vivum cepit. ejus uxorem So-
 phonisbam cum Massanissa duxisset, à Scipione increpitus venenum ad eam
 misit: quo sibi necem attulit. Carthaginenses acceptis à Scipione pacis
 conditionibus, legatos Romam miserunt. Sed sine effectu remissi.
 Tandem Annibal moestas Italia relicta in Africam profectus est. Liv.
 xxx. Polyb. xiv. & xv. Appianus.
 Antiochus cum Philippo contra Ptolemæum Epiphancem conspirant, &
 regnum illius inter se dividunt. Polyb. lib. xv.
 Nævius poëta deceffit Uticæ, cum Roma Metelli factione pulsus esset.
 Hieron. Chron.
M. Servilius Geminus. Belli 17.
T. Claudius Nero.
 Annibal tentata per colloquium pace, cum Scipione congressus in acie
 vincitur. post eum Vermina Syphacis filius, qui auxilio Pœnis venerat,
 superatus. Scipio pacis conditiones Carthaginensibus dixit, ac Romam
 ad Senatum misit. Liv. xxx. Polyb. xv. Appianus.
 Alexandria feditio coorta inter tutores regis. quorum Agarhocles ad-
 vocato Macedonum præsidio, in Tlepoleum frustra confurrexit: ac tan-
 dem excruciatu miserimè perit. Polyb. xv. pag. 712. S. Hieron. in cap.
 xi. Dan. scribit imminetibus Ægypto Antiocho, & Philippo regibus,
 Romanos, ad quos Alexandrini confugerant, legatos ad Antiochum mi-
 sisse, qui pupilli regno abstinere juberent, eosque ab illo esse contemptos.
Cn. Cornelius Lentulus.
P. Ælius Pæus.
 Pax Carthaginensibus data. Livius xxx. Polyb. xv. App. P. Scipio Sy-
 phacem in triumpho ducit qui paullo post in carcere moritur. Polyb. xvi.
 pag. 733.
 Eclipsis Lunæ anno 547. Nabon. Mefori xvi. sive Septembris xxi. i. fe-
 ria 6. hora 7. post meridiem, Alexandria: digitorum 10. Ptolem. lib. iv.
 pag. 106.
P. Sulpicius Galba. Macedonicis belli
C. Aurelius Coeta. annus 1.
 His Coss. bellum contra Philippum paucis post pacem Carthaginensibus
 datam mensibus indicium, quod Atheniensibus, Attalo, aliisque Ro-
 manorum sociis infestus esset. Philippus Abydum obfedit. Opidani Sa-
 guntinorum more se suosque occiderunt. Sulpicius Cof. contra Philippum
 rem gerit. Liv. xxxi. Polyb. xvi. pag. 735.
 Scopas Ætolus Ptolemæi dux in Ætoliâ veniens ingentem cogit exer-
 citum. Ibid.
 Plantum hoc anno mortuum prodit Hieron. in Chron.
 Eclipsis Lunæ ab Hipparcho observata Martii xx. post mediam noctem
 Alexandria. Ptolem. lib. iv. cap. xi. Item altera Lunaris Septembris xii.
 hora 2, 15'. Idem.
L. Cornelius Lentulus. Belli 2.
P. Villius Tappulus.
 Cn. Babius Tamphilus Prætor prosperè cum toto exercitu ab Insu-
 bria Gallis circumventus est. Livius xxxi.
T. Quintius Flaminius. Belli 3.
Sex. Ælius Pæus.
 Quintius adversus Philippum in faucibus Epiri prosperè pugnavit, fu-
 gatunque coegit in regnum reverti. Thessaliam inde vexavit. ejus frater L.
 Quintus navali prælio, Attalo rege, & Ætolis adjuvantibus, Eubœam
 & maritimam oram occupavit. Achæi in amicitiam accepti sunt. Liv. xxxi.
 Polyb. xvii. Plut. Quintio.
 Antiochus filiam suam Cleopatram Ptolemæo despondet. Hieron. in cap.
 xi. Dan. Attalo Pergami rege mortuo, succedit Eumenes annis xl. Atta-
 lus enim ex Apollonide Cyzicena filios suscepit iv. Eumenum, Attalum,
 Philetærum, Athenæum. quorum insignis concordia fuit: ut Plutar. refert
 Opul. *de Phyladelph.* Strabo xiiii. Qui & annos xl. ix. Eumeni imputat: sed
 perperam. Melius Excerpta Scalig. annos xl. Vide annum 4576.
 X x 3

Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
Olymp. 144	550	545
111	551	546
111	552	547
111	553	548
Olymp. 145	554	549
111	555	550
111	556	551

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
4517 9 14 DC	3787	197
4518 10 15 B	3788	196
4519 11 16 A	3789	195
4520 12 17 G	3790	194
4521 13 18 E	3791	193
4522 14 19 D	3792	192
4523 15 1 C	3793	191
4524 16 2 B	3794	190
4525 17 3 AG	3795	189
4526 18 4 F	3796	188
4527 19 5 E	3797	187

C. Cornelius Cethegus.
Q. Minucius.
 Duo primum in Hispaniam Praetores missi; divisa bifariam provincia; in citeriorem, & ulteriorem.
 Quinctius ad Cynosephalas in Thessalia cum Philippo debellavit. L. Quinctius frater ejus Acarnanas in dedicationem accepit, expugnata Leucade. Polyb. in Legat. Excerptis Plut. in Quintio.
 Antiochus Scopam Ptolemaei ducem superat: Syriam recipit, & cum Judaeis ait benigne. Polyb. xvi. Josephus lib. xii. cap. 111. Euseb.
L. Furius Purpureo.
M. Claudius Marcellus.
 Leges pacis ex Senatus decreto de legatorum x. sententia Philippo datae a Quintio. Libertas Graeciae restituta. Livius xxxi. 11. Polyb. in Ecloga ix.
 Bœoti a Romanis deficiunt. Idem.
M. Porcius Cato.
L. Valerius Flaccus.
 Annibal in Africa turbans, metu Romanorum ad Antiochum M. confugit contra Romanos bellum parantem. Lex Oppia de cultu matronarum restringendo nequicquam obsistente Catone abrogatur. Quinctius Nabidi Lacedaem. tyranno bellum intulit. sed Argis ab eodem liberatis pacem dedit. Liv. xxxi. 11. & xxxiv. Polyb. 111. pag. 166.
P. Cornelius Scipio Africanus 11.
Ti. Sempronius Longus.
 Hoc anno primum Senatus ludos spectavit loco a plebe sejuncto. Liv. xxxiv. Cato Procos. de Hispania citeriore triumphavit. Fasti. Flaminius per triduum triumphavit. Ibidem.
L. Cornelius Merula.
Q. Minucius Thermus.
L. Quinctius Flaminius.
Cn. Domitius Ahenobarbus.
 Bellum cum Antiocho susceptum. regem movere Thoas Aetoliae princeps, qui ab Romanis nequaquam meritum premium consecutos suos causabatur; & Annibal. Itaque Graeciam, & insulas occupat. Cleopatram filiam Raphia in Syria Ptolemaeo tradit, ac dotis nomine Celen Syriam, & Judaeam dedit. Inde in Euboeam veniens hicem ibi transegit. Liv. xxxv. Hieron. in cap. xi. Dan.
 Nabide ab Aetolis caeso, Philopœmen Achæorum societati Lacedaemonios adjungit. Ibid.
P. Cornelius Scipio Nasica.
Man. Acilius Glabrio.
 Bellum cum Antiocho ab Acilio gestum. Vicus ad Thermopylas in Asiam secessit. Aetoli Heraclea ab Acilio capta pacem petunt. Liv. xxxvi. C. Livius Antiochi duces navali praelio superat. Ibid.
 Romani, quod Philippus in hoc bello contra Antiochum illos juverat, Demetrium filium ejus obsidem remittunt. Polyb. legat. xv.
L. Cornelius Scipio.
C. Lalius.
 Scipio cum Africano fratre legato suo primus Romanorum in Asiam duxit exercitum, & Antiochum vicit. Antiochus legatos de pace ad Scipiones mittit. Dicitis conditionibus, Romam ire jussi sunt ad Senatum. Liv. xxxvii.
 Solis defectio Romae Martii xiv. sub ortum Solis. Liv. ix. cap. lvi.
M. Fulvius Nobilior.
Cn. Manlius Volso.
 Eumenes, legati Rhodiorum, & alii in Senatu auditi sunt. Antiocho data pax: cujus inter cetera conditio illa fuit, ut regionibus cis Taurum montem cederet. Triumphavit L. Scipio mense intercalario pridie Kalend. Martias, anno ferè postquam Consulatu abiit. Liv. xxxviii.
 Fulvius Cof. Ambraciam cepit. Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius Gallograecos subegit. Livius ibidem. Polyb. Eclog.
 Lacedaemonii ab Achæorum societate ad Romanos deficiunt. Polyb. Ecl.
M. Livius Salinator.
M. Valerius Messala.
 Manlius Procos. exeunte Olympiadis cxlvii. pacis ac fœderis cum Antiocho negotium confecit. Polyb. Ecl.
 Legati Romam missi è Lacedaemoniis, & Achæis. Senatus ambiguit respondit. Philopœmen Lacedaemonios urbis muros diruere jubet. Lycurgi leges abrogat: & Achæis illos contribuit. Liv. xxxviii. Polyb. Ecl.
 Solis defectio Julii xvii. feria 4. hora 6. 10'. à media nocte. Vide Liv. libro xxxiv.
M. Aemilius Lepidus.
C. Flaminius Nepos.
 P. Scipioni à Petillius Trib. pl. dies dicta de capta ab Antiocho obdandam pacem pecunia. Postea in Liternum ad voluntarium exilium abiit. L. frater ejus peculatus damnatus est. Liv. xxxviii.
 Lepidus Cof. Achæos per litteras Lacedaem. datas increpat. Bœoti Romanis & Achæis inimici. Polyb. Ecl.

Fulvius

Olymp.	Urbis cond.	Ant. Nab.
146	557	572
146	558	573
111	559	574
111	560	575
147	561	576
111	562	577
111	563	578
111	564	579
148	565	580
111	566	581
111	567	582

LIBER DECIMUSTERTIUS.

Fulvius de Aetolis triumphavit: nec non Manlius de Gallograecis. M. Aemilius Cof. Liguribus subactis viam à Placentia usque Ariminum perductam Flaminia junxit. Liv. xxxix.
 Seleucus iv. Philopator Antiochi M. F. septimus Syriae rex annis xi. hoc anno cepit. Antiochus enim apud Elymaeos in Susiana, cum Beli Jo-vis templum depraedari vellet, à Barbaris occisus est. Strabo lib. xvi. Vide lib. x. cap. xlvi.
Sp. Postumius Albinus.
Q. Marcius Philippus.
 Bacchanalia sacrum Graecum & nocturnum investigatum, & multorum poena compressum est. Liv. xxxix.
 Simon praepositus templi Jerosolymorum ad Apollonium Phoenices du-cem sese contulit. Seleucus Heliodorum ad explorandum templum mittit. Sed inflata divinitus poena ad Seleucum revertitur. 11. Mac. 111.
Ap. Claudius Pulcher.
M. Sempronius Tuditanus.
 Legati Eumenis & Graecorum de Philippo apud Senatum queruntur. Q. Caecilius ad Philippum legatus Achæos invisit. Liv. xxxix. Polyb. in Eclogis.
P. Claudius Pulcher.
L. Porcius Licinius.
 Legatio in Macedonia ad Philippum decreta, cujus princeps fuit Appius Claudius. quo tempore Philippus Maronitas contrucidavit, quod ab Aeno, & Maronea detrahare praesidia coactus esset. Ideo jussus ab Appio Romam ad se purgandum auctores caedis mittere. Tum Achæos in concilio castigavit idem Appius. Liv. xxxix. Polyb. Ecl. xlvi.
 Hoc anno Censores fuerunt M. Porcius Cato, & L. Valerius Flaccus. Hic L. Flaminium Titi fratrem Senatu movit, quod in gratiam scorti Gallum nobilem occidisset. Liv. xxxix.
Q. Fabius Labeo.
M. Claudius Marcellus.
 Legationes undique contra Philippum è Graecia Romam adveniunt. Philippus Demetrium filium excusandi sui gratia mittit. qui ab Senatu quod volebat obtinuit. Hoc anno Philopœmen annos lxx. natus à Messeniiis captus, & interfectus est. Obiit P. Scipio Africanus. Livius xxxix. Pol. Fragn. 111. Plut. in Philop. Demetrius ad patrem reverfus in Persei fratris odium incurrit. Polyb. Ecl. i.
 Annibalem hoc anno mortuum Atticus scripserat. Corn. Nep.
L. Aemilius Paulus.
M. Babius Tamphilus.
 Annibal his Cof. obiit, ut Polybius censet apud Cornelium Ne-potem. Rursum Eumenis, Pharnacis, Rhodiorum, Philippi, Achæorum & Lacedaemoniorum legatis Senatus datus est. Livius xxxix. Polyb. 11.
 Lycortas Achæorum Praetor Philopœmenis necem ultus est. Polyb. 111.
 Sparta in concilium Achæorum recepta. Id. 1111.
P. Cornelius Cethegus.
M. Babius Tamphilus.
 Aemilius Procos. cum Liguribus Ingaunis prosperè pugnat. Livius xxxix.
 Bellum inter Eumenem, & Ariarathem, ac Pharnacem. Polyb. Legat. iv. Tum indicia. Attalus & alii fratres Eumenis Romam missi. Polyb. lvi.
 Mortuo Ptolemaeo Epiphane, regnavit Ptolemaeus Philometor annis xxxv. Vide lib. x. cap. xlvi.
A. Postumius Albinus.
C. Calpurnius Piso.
 Philippus rex Macedoniae filios habebat duos, Perseum xxx. Demetrium xxv. annos natum. Huic Persei fratris calumniis circumvento, & ob Romanorum gratiam suspecto primum venenum dari: tum semianimum praefocari jussit. Liv. xl.
 Romani causam exulum Lacedaemoniorum contra Achæos sedulo suscipiunt. Igitur in deterius inclinare cepit horum Respub. Polyb. lviii.
L. Manlius Acidinus.
Q. Fulvius Flaccus.
 Centores creati M. Aemilius Lepidus Pont. Max. & M. Fulvius Nobilior Lustrum ab iis conditum L. Censa celxxviii. ccxlv. Liv. xl.
 Ti. Sempronius Gracchus Praetor in Hispania citeriore Celtiberorum oppida ccc. delevit. Strabo lib. 111. ex Polybio. Epit. Livii xlv. Cæcilius Comicus Infuber Gallus, & Ennii contubernalis clarus habetur. Hieron. Chron.
 Callicrates Praetor Achæorum exules Lacedaem. & Messeniorum restituit. Polyb. lviii.
 Pax inter Pharnacem & Eumenem atque Ariarathem. Polyb. lxx.
M. Junius Brutus.
A. Manlius Volso.
 Philippo Macedoniae rege mortuo succedit Perseus annis x. Tertia periodus Calippi hoc anno cepta.
 Bellum adversus Istros, & Carmelum regulum susceptum. Liv. xli.
G. Claudius Pulcher.
T. Sempronius Gracchus.

Claudio

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.
4528 20 6 D	3798	186
4529 21 7 CB	3799	185
4530 22 8 A	3800	184
4531 23 9 G	3801	183
4532 24 10 F	3802	182
4533 25 11 ED	3803	181
4534 26 12 C	3804	180
4535 27 13 B	3805	179
4536 28 14 A	3806	178
4537 29 15 CP	3807	177

Olymp.	Urbis cond.	Ant. Nab.
111	568	563
111	569	564
111	570	565
111	571	566
111	572	567
111	573	568
111	574	569
111	575	570
111	576	571
111	577	572